Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8139
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uoluntati. dispensationem eius etiamsi non audeas. Iura potestatis adepte
moderanter exercere. Potestatis iura accepta. ordinato animo administra. Omnia
in turbulento si tranquillo corde disponere. Caue autem honores. quos tenere sine culpa non potes. Sublimitas honoris. magnitudo scelerum est. In maiore gradu maior sine dubio est pena. qui uero minor est. uenie primus est. Potentes enim potenter tormenta patientur. Iudicium enim durissimum his qui presunt. Cui multum datum multum ab eo requiretur. cui plus commissum plus ab eo exigitur. Honores quos se cum periculo gerunt. Cito pericitatur potestas. cito patitur ruinam. Quanto enim maiore honore. tanto maius periculum. Alta arbor uentis forcius agitatur. si rami eius cito in ruinam obstringuntur. excelse turres grauiori casu procumbunt. altissimi montes fulminibus crebrius feriuntur. In potentiam cito cadit iniuria. cito penet insidias gloriosus. Gloria enim in iniuria parit. iniuria uero periculum. Quam uis quisque in seculi gloria fulgeat. quamuis in purpura auroque resplendeat. quamuis cultu pretiosio redimitus emineat. quamuis sit multitudine premunitus. quamuis cubantium armis precinctus. quamuis in numerus obsequentium ~~conspicuus~~ cuneis. quamuis a geminis turbis semper tamen in pena est. semper in angustia. semper in metuore. semper in discrimine. In sericis stratis cubat si turbidus. in pluma iacet si pallidus. in lectis aureis si turbatus. Breuis est huius mundi felicitas. modica est huius seculi gloria. caduca est et fragilis ~~temporalis~~ temporis potentia. Vbi sunt reges. uel principes. uel imperatores. ubi locupletes rerum. ubi potentes seculi. uel diuites mundi. Quasi umbra transierunt. uelut somnium euanuerunt. querunt et non sunt. Diuitiae usque ad periculum ducunt. diuitiae usque ad exercitum prorumpunt. Quot enim opes periclitantur. multi enim diuitias in discrimine sunt. Multis exercitibus fruentur diuitiae. multos morte generauerunt opes. Hinc quam mentis requiem habet. qui curis tenuis subditus. Sollicitudines enim rerum mentem conturbant. curae mentem exagitant. Potentia enim sollicitudinis. nunquam caret angustiis. Si igitur uis esse quietus. nihil seculi appetas. Semper requiem mentis habebis si a te mundi curam abieceris. semper enim quiete fruieris. si ab strepitu terrenae actionis subtraxeris. ~~Diuitiae nunquam sine peccato adquiruntur.~~ nullius enim res terrenas sine peccato administrat. Valde rarum est. ut qui diuitias possidet. ad requiem tendat. Qui curis

+ Diuitiae nunquam sine periculo adquiruntur. Ga[illegible] [illegible] multum periculorum ferunt.

+ Si opulentia obtigerit, sine dubio aeternam inuenietis. Si caracuerit humanas et secularis res, facile et limite recipiens gaudium accipietis. et cum eo requietis, qui [illegible] et mortis dominatur. Cum [illegible]

17